



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

236. König Franz läßt dem Ritter Joachim Maltzan für das von ihm  
entworfene Heiraths-Project mit Brandenburg seinen Beifall zu erkennen  
eben, 1. am 13. April (1519), 2. am 26. April (1519), 3. 29. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

236. König Franz läßt dem Ritter Joachim Malhan für das von ihm entworfene  
Heiraths-Project mit Brandenburg seinen Beifall zu erkennen geben,

1. am 13. April (1519),

2. am 26. April (1519),

3. am 29. April (1519).

1. Gratissime christianissimo Regi fuerunt littere tue, mi Joachime, quibus et fidelitatem et ingenium, nec non animi tui sinceritatem latissime cognouit, quibus visis michi prouinciam tibi respondendi iniunxit. Et imprimis immensas refert gratias illustrissimo Brandiburgi, consanguineo suo carissimo, de illo beniuolo, quem erga se habet, animo et quam plurimum optat, vt si rei oportunitas se obtulerit, experiri valebit. Matrimonium vero tractandum, de quo michi scribis, illi mirum in modum placuit; verum illa illustrissima domina promissa est catholico regi, in euentum, quo regis nostri filie (quod deus optimus maximus auertat) deficerent. Attamen cum duas incolumes habeat filias, nullatenus sperandum est, vt illius promissionis euentus accidere possit. Res igitur eo modo tractari poterit, vt ex nunc fiant conuentiones iuxta contrahentium voluntatem, et cum illa illustrissima domina, de qua est sermo, ad annos peruenerit nubiles, traducatur in domum futuri sponfi, dumtamen medio tempore et ante tempus pubertatis locus iam dicte conuentionis cum rege catholico facte non euenerit. De pensione vero, ne alii principes germani eiusdem status, cuius est prefatus illustrissimus marchio, quibus christianissimus Rex pensiones annuatim largitur, egre et moleste ferant, si illis innotuerit, se apud regem nostrum esse deterioris conditionis, quam dictus illustrissimus marchio, christianissimus rex quotannis pensionem similem illi, quem dictis principibus germanis donat, que est octo milium librorum Turonensium, elargietur. Contracto vero matrimonio ob illius causam maiorem elargiendi obcausam honestam habet. Quoad vero negocium principaliter tibi iniunctum, cum a nobis discederes, placuit responsum iam dicti illustrissimi marchionis quam plurimum regi nostro, sed videas, quid fidei et securitatis hoc in negotio habebimus. Idcirco super omnibus predictis, si iam dicto illustrissimo marchioni placuerit, et in primeuo perseuerauerit proposito, fac vt vnus ex suis vna tecum cum bonis memorialibus et proprietate sufficienti ad curiam nostram destinetur, et annuente Christo spem certissimam habeo, quod super prefatis et aliis vtilitatem vtriusque principis concernentibus nonnulla tractabuntur et concludentur, que in honorem et non modicam exaltacionem eorum cedent. Vale et me vt soles ama. Parisiis, die XIII<sup>a</sup> mensis Aprilis.

Tuus tanquam frater et inthimus amicus

R. Deprato.

2. Trescher et bien ame. Nous auons entendu ce que fait traicte et conclud a este avecques notre trescher et tres ame cousin le marquis de Brandebourg, vous

et autres nos ambassadeurs, tant pour luy, pour son fils, que pour monsieur de Mayence son frere, enquoy votre painé dexterité et bonne dilligence ont este employés si bien et de sorte, que les choses ont prins lylue et fin telle que la desirions, de quoy nous vous mercyons, tant que faire pouons, et vous prions continuellement demeurer et resider de par nous avecques icelluy marquis, et tousiours mettez paine non seulement de lentretenir en la bonne amour et volonté, en laquelle il est enuers nous, mais en icelle le confirmer et asseurer, que ce qui a este de notre part promis, traicte et accorde, lui sera entierement entretenu garde et observe et ne sy trouuera aucune faulte, comme par effect se trouuera. Et quant a vous et a vos seruices et merites, ils seront recongneus par facon, que vous aurez cause de vous contenter. Trescher et bien ame, notre seigneur vous ayt en sa sainte garde. Escript au Boys de Vincennes, le XXVI iour d'Auril.

F r a n c o y s.

Robertet.

A Notre trescher et bien ame  
Joaquyn de Molzan.

3. Magnifice ac generose vir. Accepimus literas vestras scriptas vicesima prima huius mensis Aprilis, quarum discursum atque tenorem per singula intelleximus, quibus plenissime a nobis responsum est, quemadmodum poteritis amplissime cognoscere per eas, quas nuper ad vos literas dedimus, quod nunc repetere et tediosum esse ducimus et supervacaneum. Porro in hoc vno summopere annitendum elaborandumque est, vt quoad celerrime fieri potest, congregiantur ex composito et secreto mutua colloquia ineant Marchio et Colonensis, inuigiletque idem Marchio, habere ab eo securitatem; quicquid autem per vtrumque vestrum ipsi Colonensi et fratri Marchionis promissum fuerit, id integerrime et velut ad amissim obseruabitur. Quodsi contigerit, huiusmodi negotium ad optatum finem perducere, nunquam a vobis quidpiam actum est, quod gratiam fauoremque regis tantopere sibi conciauerit ac promeruerit, qui sic liquido manifesteque intellegit, quantum opere, laboris ac studii negotio ipsius impendatis, vt quacunque pecuniaria largitione illud longe preclarius existimet nulloque ducat precio comparandum, sibi que plus honoris atque commoditatis, quam cuiquam credibile videri possit, afferre. Idem christianissimus rex plerunque de vobis loquitur commemoratque sepius incredibilem prudentiam, consilium, sapienciam, quam negociis ipsius impendere consueuistis, ita vt opere vestre soli splendorem sue future dignitatis atque glorie acceptum ferat. Quamobrem die noctuque connitimini et, vt vulgo dicitur, velis ac remis contendite, dum secundi aspirant venti, dum mare nauigabile, dum iter commeabile, vt opera studio diligentiaque vestra votis ac desyderiis suis cumulatissime potiatur: nec parnam ludicramve rem vos moliri ac tentare existimetis, nobisque vt fideiussoribus certissimis credite. Nauate insuper operam, vt isti duces ac principes

Germanie constantes ac firmi in obsequiis regiis persistant in iisdemque perseverent stantibus his legibus, modis atque conditionibus, de quibus ad vos collegasque vestros nonnunquam scripsimus. Valet ac viuite feliciter. Ex Luneuilla, die XXIX. Aprilis.

Vestri honoris amantissimi  
Bounyvet. Couillart.

Magnifico ac generoso viro  
Joachimo de Moltzan, militi aurato.

Bisch, Malzhanische Urkunden-Sammlung V, 335—339.

237. Herzog Heinrich von Mecklenburg schließt und erneuert mit dem Könige Franz I. von Frankreich ein Bündniß, zu dessen Abschließung die französischen Gesandten und Ritter, der Baron Franz von Bourdeilles, königlicher Rath, und Joachim Malzhan, als Edler des königlichen Hofes, abgeordnet sind, am 14. Mai 1519.

Hinricus, dei gratia dux Magnopolensis, Slaue inferioris princeps, comes Swerinenfis, Rostock ac Stargardie terrarum dominus, omnibus et singulis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus ac profiteamur, quod, pro bono pacis ac vtilitate cristianitatis, nos ex vna, et nobiles et magnificos viros Franciscum de Bordellis, baronem Coulonciarum, consiliarium regum, et Joachimum Moltzanum, vnum ex nobilibus regie domus, milites, oratores, nuntios, legatos et ambafatores cristianissimi et inuictissimi principis Francisci, eadem gratia Francorum regis, Mediolani ducis et domini Genue, domini consaguinei et confederati nostri, ad nos specialiter deputatos, ac de eius speciali mandato et commissione, partibus ex altera, amicitiam, ligam et confederationem, inter eundem cristianissimum regem et nos ac vtriusque predecessores iam dudum initam et inconcusse hucusque obseruatam, confirmauimus, auximus et renouauimus, confirmamusque, augemus, renouamus, ac etiam de nouo facimus, contrahimus, tractamus et concordamus modo et forma sequentibus: Inprimis cum ob pleraque beniuola et gratissima obsequia, per nos dicto domino regi in quibusdam suis arduis negociis inpenfa et que presertim magis atque magis in dies per nos in futurum sibi inpendi prestarique sperantur, suam regii ordinis miliciam prefati oratores nobis per eundem dominum regem, quam citius commode fieri poterit, dari et conferri hodie nobis promiserunt nosque in suam regiam confraternitatem recipi et admitti, nobis vnacum ordinando, prouidendo atque promittendo per huiusmodi oratores, pro annua pensione summam trium milium scutorum solis nobis seu nostris ad hoc deputatis, quittancias respectiue afferentibus, singulis annis persoluendam [<sup>1</sup> ad